

Perillustris, et Reverendissime Domine. Quod me Dominatio ves-
tra ad Summum Pontificatum evehendum vel crediderit, vel optaverit,
id totum benevolentiae vestrae adscribo; facile enim qui diligunt,
ea sibi persuadent futura, quae cupiunt. Sed ego, credat mihi Domi-
natio vestra, non modo sedem illam altissimam nunquam desideravi,
verum etiam semper exhorruī, ac Deum toto corde precatus sum, ut
meae imbecillitatis optime conscientius, tam periculorum fastigium me
conscendere non pateretur. Quare Dominatio vestra, si me amat, mi-
hi congratuletur, Deoque nostro pro me gratias agat; et si quid
10 in gratiam vestram, dum Romae vensor, (quod erit per totam hanc
aestatem) efficiendum sit in quo opera mea utilis esse videatur,
libere iubeat, et me, ut adhuc fecit, amare pergit. Datum Romae die
15 iunii 1605.

Ioannes Andreas Prochnicius (alia manu)

15 F.B.5, fol. 120. Brouillon autogr. Epist. famil. XL